

553

D. THOMA.

DE REGE


ET REGNO


14

48

Page 335
no 48


Leaf — 3







Cat. 234

i18449323







Liber sancti thome de aquino ordiis fratrum predicatorum
De rege et regno: ad regem cypri. Incipit feliciter.

Quod cogitanti michi quid offerrem regie celsitudini dignum. meeque professioni et officio congruum. Id occurrit potissime offerendum ut regi librum de regno conscriberem. In quo quidem regis originem. et ea que ad officium regis pertinent. secundum scripture diuine auctoritatem. philosophorum dogmata. et exempla laudatorum principum. diligenter depremerem. iuxta ingenii propriam facultatem. Principium progressum et consummationem operis illius expectans auxilio. qui est rex regum et dominus dominantium. per quem reges regnant. deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos. Capitulum primum.

Pincipium autem intentionis nostre hinc sumere oportet ut quid nomine regis intelligendum sit exponatur. In omnibus autem que ad finem aliquem ordinantur. in quibus contingit sic et aliter procedere. opus est aliquo dirigente per quod directe debitum perueniatur ad finem. Non enim nauis. quam secundum diuersorum ventorum impulsum in diuersa moueri contingit ad designatum finem perueniret. nisi per gubernatoris industriam dirigeretur ad portum. Hominis autem est aliquis finis ad quem tota eius vita et actio ordinatur. cum sic agens per intellectum. cuius est manifestum propter finem operari. Contingit autem diuersimode homines ad finem intentum procedere. quod ipsa diuersitas humanorum studiorum et actionum declarat. Indiget ergo homo aliquo dirigente ad finem. Est autem unicuique hominum insitum naturaliter rationis lumen. quo in suis actibus dirigatur ad finem. Et siquidem homini conueniret



Tras Alde
estremeca

singulariter viuere sicut multis animalium. nullo alio dirigente indigeret ad finem. sed vnusquisq; esset rex sub deo summo rege. inquantum per lumen rationis diuinitus sibi datum in suis actibus seipsum dirigeret. Naturale autem est homini vt sit animal sociale et politicum in multitudine viuens. magis quam alia omnia animantia. Quod quidem naturalis necessitas declarat. Alijs enim animalibus natura preparauit cibum. tegumenta vt pilorum villositatem defensionem vt dentes cornua ungues vel saltem velocitatem ad fugam. Homo autem institutus est nullo horum antea sibi preparato. sed loco omnium data est sibi ratio. per quam sibi omnia hec officio manuum posset preparare. Ad que omnia preparanda vnus homo non sufficit. Nam vnus homo sufficienter vitam per se transigere non posset. Est ergo homini naturali vt in societate multorum viuat. Amplius alijs animalibus insita est naturalis industria ad omnia que possunt eis esse vtilia vel nocua. Sicut ouis naturaliter estimat lupum inimicum. Quedam autem animalia ex naturali industria cognoscunt aliquas herbas medicinales. et alia eorum vite necessaria. Homo autem eorum que sunt sue vite necessaria naturalem cognitionem habet solum in communi quasi eo per rationem valente ex naturalibus principijs ad cognitionem singulorum que necessaria sunt humane vite peruenire. Non est autem possibile quod vnus homo ad omnia huiusmodi per suam rationem pertingat. Est igitur necessarium homini quod in multitudine viuat vt vnus ab alio adiuuetur. vt diuersi diuersis inueniendis per rationem occupentur. Puta vnus in medicina. alius in hoc. et alius in alio. Hoc autem euidentissime declaratur per hoc. quod proprium est hominis locutione vti. per quam vnus homo alijs suum conceptum totaliter exprimere potest. Alia quedam animalia exprimunt mutuo

suas passiones in cōmuni. vt canis iram per latratum. et alia animalia passiones alias diuersis modis. Magis igit̃ homo est cōmunicatiuus alteri q̃ q̃cumq; animal quod gregabile videtur. vt grus et formica et apis. Hec igitur considerans salomon ait. Melius est esse duos simul q̃ vnum. Habent enim emolumentum mutue societatis. Si igitur naturale est homini q̃ in societate multoz viuat. necesse est in hominib; esse aliquid per qd̃ multitudo regatur. Multis enim existentibus hominibus et vnoquoq; id quod est sibi congruum prouidentie. multitudo in diuersa dispergeretur. nisi etiam esset aliquid de eo q̃ ad bonum multitudinis pertinet curā habens. sicut et corpus hominis et cuiuslibet animalis deflueret. nisi esset aliqua vis regitiua cōmunis in corpore: que ad bonum cōmune omnium membrorū intenderet. Qd̃ cōsiderans salomon dixit. Vbi non est gubernator dispergit̃ populus. Hoc autem rationabiliter accidit. Non enim idem est q̃ proprium et q̃ commune est. Scdm̃ propria quidam differunt. scdm̃ cōmune autem viuuntur. Diuersorum autem diuersę sunt cause. Oportet igitur preter id quod mouet ad propriū bonum vni; cuiusq; esse aliquid q̃ mouet ad bonū cōmune multoz. propter quod et in omnibus que in vnum ordinantur aliquid inuenitur alterius regitiuū. In vniuersitate enim corpororū per primum corpus. s. celeste alia corpora quodam ordine diuine prouidentie reguntur. oīaq; corpora per creaturam rationalem. In vno etiā homine anima regit corpus. atq; inter anime partes miscibilis et concupiscibilis ratione reguntur. Item quia inter membra corporis vnum est principale quod omnia mouet. vt scilicet cor aut caput. Oportet igitur esse in omni multitudine aliquid regitiuū. Contigit autem in quibusdam que ordinantur ad finem et —

recte et non recte procedere Quare etiam in regimine multi-
tudinis et rectum et non rectum inuenitur. Recte autem diri-
gitur vnumquodque quando ad finem conuenientem reducitur.
Non recte autem quando ad finem non conuenientem. Alius
est autem finis conueniens multitudini liberorum et seruorum.
Nam liber est qui sui causa est. Seruus est. qui id quod est.
alterius est. Si igitur liberorum multitudo a regente ad
bonum commune multitudinis ordinetur. erit regnum rectum
et iustum quale conuenit liberis. Si vero non ad bonum
multitudinis commune. sed ad bonum priuatum regentis re-
gimen ordinetur. est regimen iniustum atque peruersum. unde
dominus talibus rectoribus cominatur per ezechielem dicens.
ve pastoribus qui pascebant seipsum quasi sua propria com-
moda querentes. Nonne greges pascuntur a pastoribus.
Bonum siquidem greges pastores querere debent. et rectores
quique bonum multitudinis sibi subiecte. Si igitur regimen
iniustum per vnum tantum fiat. qui sua comoda ex regimine
querat. non autem bonum multitudinis sibi subiecte talis rector
tyrannus vocatur nomine a fortitudine deriuato quasi scilicet per
potentiam opprimat. non per iusticiam regit. Unde et apud
antiquos. potentes quique tyranni vocabantur. Si vero iniustum
regimen non per vnum fiat. sed per plures. siquidem per paucos.
oligarchia vocatur. id est principatus paucorum. quando scilicet pauci
propter diuitias opprimunt plebem. Sola pluralitate a tyranno
differentes. Si vero iniquum regimen exerceatur per multos
democracia vocatur. id est potentatus populi. quando scilicet populus
plebeorum per potentiam multitudinis opprimunt diuites. Sic enim
et populus totus erit quasi vnus tyrannus. Similiter autem
etiam iustum regimen distinguendum oportet. Si enim administratur
per aliquam multitudinem. communi nomine policia vocatur. utpote



cum multitudo bellatoꝝ in ciuitate vel pꝛouintia dominae.
Si uero ministretur per paucos uirtuosos. huiusmodi autē
regimē aristocracia uocatur. i. potētatus optimus uel opti-
moꝝ. qui pꝛopter hoc optimates dicuntur. Si uero iustum
regimē ad unum tantū pertineat. ille pꝛopꝛie rex uocatur.
Vnde dominus pꝛ ezechielē dicit. Seruus meus dauid sup
eos erit et pascor unus erit omnium eoꝝ. Ex quo manifeste
ostenditur qꝛ de ratione regis est qꝛ sit unus qui pꝛesit et qꝛ
sit pascor bonum cōmune multitudinis et non suū querens.
Cum autem hominī competat in multitudine uiuere. quia
sibi ad necessaria uite nō sufficit si solitari⁹ maneat. oportet
qꝛ tanto sit perfectioꝝ multitudinis societas. quanto magis
per se sufficiens est ad necessaria uite. Habetur siquidem
aliqua sufficientia uite in aliqua una familia domus unū.
quantum scilicet ad naturales actus nutritionis. scilicet et
generatio pꝛolis. et alioꝝ huiusmodi exercendos. In uno
autem uico qꝛ ad ea que ad unum artificium pertinent. In
ciuitate uero que est perfecta cōmunitas. quantū ad omnia
necessaria uite. Sed adhuc magis in pꝛouintia una pꝛopter
necessitatem cōpugnationis et mutui auxili⁹ contra hostes.
Vnde qui perfectam cōmunitatem regit in ciuitate vel pꝛo-
uintia antonomasice rex uocatur. Qui autem domum regit.
non rex sed paterfamilias uocatur. habet tamen aliquam
similitudinem regis pꝛopter quam aliquando reges patres
populoꝝ nominantur. Ex dictis igitur patet. qꝛ rex est un⁹
qui multitudinem ciuitatis uel pꝛouintie pꝛopter bonum
cōmune regit. Vnde salomon dicit. uniuerse terre rex impat
seruienti.

Capitulum .ij.

Is autem pꝛmissis inquirere oportet. quid ciuitati uel
pꝛouintie expediat magis. plurib⁹ regi uel uno rege.

Hoc autem considerari potest ex ipso fine regis. Ad hoc enim cuiuslibet regentis intentio debet ferri. ut eius quod regendum suscipit salutem procuret. Gubernatoris enim est nauem contra maris pericula conseruando illesam producere ad portum salutis. Bonum autem et salus in societate multitudo est. ut eius unitas conseruetur. que dicitur pax. qua remota socialis vite perit utilitas. quin imo multitudo dissentiens sibi ipsi fit onerosa. Hoc est ergo ad quod maxime rector multitudinis intendere debet. ut pacis unitatem procuret nec recte consiliatur non pacem faciat in multitudine sibi subiecta. sicut nec medicus nisi sanet infirmum sibi commissum. Nullus enim consiliari debet de fine quem intendere debet. sed de hijs que sunt ad finem. propter quod apostolus commendat fidelis populi unitatem. Solliciti inquit sitis seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Quanto igitur regimen efficacius fuerit ad unitatem pacis seruandam. tanto est utilius. Hoc enim utilius dicimus. quod magis perducit ad finem. Manifestum est autem quod unitatem magis efficere potest quod per se est unum. quam plures. sicut efficacissima causa calefactionis est. quod est per se calidum. Utilius est ergo regnum unius quam plurium. Amplius manifestum est. quod plures multitudinem nullo modo regerent. si omnino dissentirent. Requiritur igitur in pluribus quedam unio ad hoc quod quo oportet modo regere possunt. quia nec multi nauem in unam partem traherent. nisi aliquo modo coniuncti. Uniri autem dicuntur plura per appropinquationem ad unum. Melius igitur regit unus quam plures. ex eo quod appropinquant ad unum. Adhuc ea que secundum naturam sunt optime se habent. In singulis enim operatur natura quod optimum est. Omne autem naturale regimen ab uno est.

In membrorum enim multitudine est vnum quod mouet principaliter. scilicet cor et in partibus anime vna vis principaliter presidet. scilicet ratio. et in apibus vnus rex. et in toto vniuerso vnus deus omnium factor et rector. et hoc rationabiliter. Omnis enim multitudo diriuatur ab vno. quare si ea que sunt secundum artem imitantur ea que sunt secundum naturam. et tantomagis opus artis melius est quantomagis assequitur similitudinem eius quod est in natura. Necessse est quod in humana multitudine optimum sit. quod per vnum regatur. Hoc etiam experimentis apparet. Nam prouintie vel ciuitates que non reguntur ab vno. dissensionibus laborant. et absque pace fluctuant. vt videatur impleri quod dominus per prophetam conquiratur dicens. Pastores multi demoliti sunt vineam meam. Contrario vero prouintie et ciuitates que sub vno rege reguntur. pace gaudent. iusticia florent. et affluentia rerum letantur. Vnde dominus pro magno munere per prophetas suos populo promittit. quod poneret sibi caput vnum. et quod princeps vnus in medio eorum erit. Capitulum .iij.

Sicut autem regimen regis est optimum. ita regimen tyranni est pessimum. Opponitur enim sicut policie democracia. Vtrumque enim sicut ex dictis apparet est regnum quod per plures exercetur. Aristocracie vero oligarcia. vtrumque enim exercetur per paucos. Vtrumque enim per vnum exercetur. Regimen autem regis et tyranni. Quod autem regimen regis sit optimum ostensum est prius. Si igitur opponitur optimum pessimo. necesse est quod tyrannidis sit pessimum. Adhuc quod virtus vnita magis est efficax ad effectum inducendum quam dispersa. Multi enim congregati simul trahunt illud quod diuisum per partes singulariter a singulis trahi non posset. Sicut igitur utilissimum est virtutem operantem bonum esse magis vniam

vt sit virtuosior ad operandū. ita magis noxiū est. si virtus operans malum sit vna q̄ diuisa. Virtus autem iniuste presidens operatur ad malum multitudinis. dum cōmune bonū multitudinis in sui ipsius bonum retorquet. Igitur sicut in regimine iusto. quāto regens est magis vnum. tanto vtili⁹ est regimen. et ita regimen vtilius est q̄ aristocracia. Aristocracia vero q̄ policia. ita econtrario erit et in iniusto regimine. vt videlicet. quanto regens magis est vnum. tanto magis sit noxium. Magis igitur est noxium tyrannidis q̄ oligarchia. Oligarchia autem q̄ democracia. Amplius per hoc regimē fit iniustū q̄ sp̄reto bono cōmuni multitudinis queritur bonum priuatum regentis. Quanto igitur magis receditur a bono cōmuni. tanto magis est regimē iniustum. Plus autem receditur a bono cōmuni in oligarchia. in qua queritur bonum paucorū. q̄ in democracia. in qua queritur bonum multorū. et adhuc plus receditur a bono cōmuni in tyrannide. in qua queritur bonum vnius tantū. Omni autē vniuersitati propinquius est multū q̄ parum et paucum q̄ vnū solum cōmune aut tyrāni est iniustū esse. Similiter aut hoc manifestum fit desiderantibus diuine prouidentie ordinē que optime vniuersa disponit. Nam bonū prouenit in reb⁹ ex vna causa perfecta cū omnibus adunatis que ad bonum iuuare possunt. Malū aut singillatī ex singularib⁹ defectib⁹ Non est enī pulchritudo in corpore nisi oīa mēbra decenter sint disposita. Turpitude autem cōtingit. q̄cūq; membrorū idēcēter et incōueniēter se habeat. et sic turpitude ex plurib⁹ causis diuersimode prouenit. Pulchritudo vno mō ex vna causa p̄fecta. et sic est in omnibus bonis et malis. tamq̄ hoc deo prouidente vt bonū ex vna causa sit fortius. malum aut ex pluribus causis sit debilius. Expedi igitur vt regimen

iustum sit vnus tantū. ad hoc q̄ sit fortius. Q̄d si a iusticia
declinat regimē expedit magis q̄ sit multoz. vt sit debilius
et se inuicem impediāt. Inter iniusta regitur regimina. tol
lerabilius est democracia. Pessimū vero tyrānidis. Idem etiā
manifeste apparet. si quis considerat mala que ex tyrannis
proueniunt. quia enim tyrannus contempto cōmuni bono
querit priuatum. consequens est vt subditos diuersimode
grauet. scōm q̄ diuersis passionibus subiacet ad bona sub
ditoz rapit. Vnde salomon. Iustus erigit terram. vir auarus
destruet eam. Si vero passioni subiacet iracūdie. pro nichilo
sanguinem fudit. Vnde dicitur per ezechielem. Principes
eius in medio eius quasi lupi rapientis predam ad effunden
dum sanguinem. Hoc igitur regimen fugiendum esse sapiēs
monet dicens. Longe esto ab homine habente potestatem oc
cidendi. quia scilicet non pro iusticia sed occidit pro libidine
voluptatis. Sicut igit̄ nulla patet securitas. sed omnia sunt
inrecta cū a iure recedit̄. nec infirmari quicq̄ potest. quale
sit q̄d positum est in alterius voluntate ne dicam libidinem
Nec solum in corporalibus subditos grauatur. sed etiam spiri
tualia eoz bona grauatur et impedit. Quia enim plus preesse
appetunt q̄ prodesse omnem perfectum subditoz impediunt.
Suspicientes omnem subditoz excellentiā sue inque domi
nationis preiudiciū esse. Tyrānis enim magis boni q̄ mali
suspecti sunt semperq̄ hīs aliena virtus formidolosa est.
Conantur igitur predicta tyranni ne ipsoz subditi virtuosi
effecti magnanimitatis concipiant spiritum. et eoz iniquā
dominationē non ferant. Conantur etiam ne inter subditos
amicicie fedus feruetur. et pacis emolimento adinuicē gau
deant. vt sic dum vnus de alio non confidit. contra eorum
dominum quid moliri non possint. propter q̄d inter ipsos



subditos discordias seminant. exortas nutriunt. et ea que ad considerationis bonum pertinet. vt conubia et conuiuia prohibent. et cetera huiusmodi per que inter homines solet familiaritas et fiducia generari. Conantur etiā ne potentes aut diuites fiant. quia de subditis scdm sue malicie conscientiam suspicātes. sicut ipsi potentia et diuicijs ad nocendū vtuntur. ita timent ne potentia et diuicie subditorum eis nociua reddantur. Vnde in iob de tyranno dicitur. Sonitus terrois semp̄ ī auribus illius. et cum pax sit. nullo. s. malū intendente. ille semper insidias suspicatur. Ex hoc autem contingit. vt dū presidentes qui subditos ad virtutes inducere debēt. virtuti studiosorū nequiter inuidēt. et eam pro posse impediunt. Sub tyrannis pauci virtuosi inueniuntur. Nam iuxta sententiam aristotelis. Apud illos inueniuntur fortes viri. apud quos fortissimi quicq; honorantur. Et tullius dicit. Facient semper et parū vigent. que apud quosq; improbant. Naturale etiā est. vt homines sub timore nutriti in seruilē degenerentur animū. vt pusillanimes fiant ad omne virile opus et strēnum. Quō experimento patet in prouintijs que diu sub tyrānis fuerūt. Vnde apostolus ad col. dicit. Patres nolite ad indignationē prouocare filios vestros vt non pusillo aīo fiant. Hec ergo nocumenta ex tyrānis proueniētia rex salomon cōsiderans dixit. Regnantib; impijs ruine hoīm quia. s. per nequiciā tyrānorū subiecti a virtutis perfectione deficiunt. Et iterū dicit. Cum impij sumserint principatū gemet populus. quasi sub seruitute redactus. Et iterū. Cum surrexerint impij absconderentur homines. vt tyrannorū crudelitate euadent. nec est mirum. quia homo absq; ratione scdm animi sui libidinē p̄sicens. nichil differt a bestia. Vñ salomō dicit. Leo rugiens. et vrsus esuriens. princeps impius super

populum pauperem. et ideo a tyranno se abscondunt homines
sicut a crudelibus bestiis. Idemque videtur tyranno subiti et bestie
seuienti substerni. Capitulum .iiij.

¶ Via igitur optimū et pessimū regnū existit in monar-
chia. id ē in principatu vnus. multis quidem propter
tyrannorum nequiciam redditur regia dignitas odiosa. Quidā
vero dum regimen regni desiderant. incidunt in seuias ty-
rannorum. Rectores quod plures tyrannidem exercēt sub preteritu
regie dignitatis. Horum quidem exemplum euidentius apparet
in romana republica. Regibus enim a populo expulsis. dum
regium vel potius tyrannicum fastum ferre non possent in-
stituerunt sibi consules et alios magistratus. per quos regi
ceperent et dirigi. regnum in aristocracia cōmutare volētes
Et sicut refert salustius. Incredibile ē rememoratu quantū
adepta libertate in breui romana ciuitas creuit. Plurimum
namque contingit. vt homines sub rege viuentes. segnius ad
bonū cōmune nitantur. vtpote estimantes id quod ad cōmune
bonum impendunt non sibi ipsis conferre sed alteri. sub cuius
potestate vident esse bona cōmunia. Cum vero bonum com-
mune non vident in potestate vnus. nō attendunt ad bonū
cōe. q. ad id quod est alterius. Sed quilibet attendit ad illud
sicut ad suū. Vnde experimento videtur quod ciuitas panteuos
rectores administrata. plus potest quod interdum rex aliquis. si
haberet tales tres vel quatuor ciuitates. paruaque exacta ser-
uicia a regibus grauius feruntur quod magna onera si a cōmuni-
tate ciuium imponantur. quod in promotiōe romane reipublice
seruatum fuit. Nam plebs etiam ad militiam scribebatur. et
pro militantibus stipendia exsoluebant. et cum stipendijs
exsoluendis cōmune erarium in vsus publicos opes venere
priuate. Addeo vt preter singulos anulos aureos singulasque

bullas que erant dignitatis insignia. nichil sibi auri etiam senatus ipse relinqueret. Sed tñ dissensoribus fatigabantur cōmunis: que vsq; ad bella ciuilia excreuerunt quib; bellis ciuilibus eis libertas ad quā multū studuerant de manibus erepta est. et sub potestate imperatorum esse ceperunt. qui se reges appellare a principio noluerunt. quia romanis fuerat regnum odiosum. Horum autem quidam more regio bonū cōmune fideliter procurauerunt. per quoz studium romana respublica. et aucta et conseruata est. Plurimi vero eorum in subditos quidem tyranni. ad hostes vero effecti desides et imbelles. romanam rempublicam ad nichilum redegerunt. Similis etiā processus fuit et in populo iudeoz. i. hebreoz populo. qui dum sub iudicibus regebantur. vndiq; diripiebātur ab hostibus. vnusquisq; q̄ bonum erat in oculis suis faciebat. Regibus eis diuinitus datis ad eorum instantiam propter regis malicia a cultu vnus dei excusserūt. vtrinq; enim pericula iminent. siue dū timet tyrānus. euitetur regis optimū regimē. siue dū considerat potestas regia in maliciā tyrānicam conuertatur. Capitulum. v.

Cum autem inter duo ex quoz vtrūq; periculū iminet alterum eligendum oportet. id videtur eligendum potissime ex quo sequitur minus malum. Ex monarchia autē si in tyrānidem cōuertat. minus malū sequit. q̄ ex regimine plurium optimatū quando corrumpitur. Dissensio enim que plurimūq; sequit ex regimine pluriū. bono pacis cōtrariat. q̄ est precipuū in multitudine sociali. qđ quidem bonū per tyrānidem non tollitur. sed aliqua particulariū hominū bona impediunt. nisi fuerit tantus excessus tyrannidis q̄ in totā cōmunitatem deseuiat. Magis igitur poptandum est vnus regimen q̄ multozum quāuis ex vtroq; sequantur pericula.

Adhuc magis illud fugiendum videtur. ex quo pluries sequi maximam pericula possunt. Sequuntur autem maxima pericula multitudinis frequentius ex multorum regimine quam ex regimine vnius. plurimumque enim contingit ut ex pluribus aliquis ab intentione communis boni deficiat quam quod vnus tantum. Quicumque enim ex pluribus presidentibus diuertit ad intentionem communis boni. dissensionis periculum multitudini subditorum iminet. quia dissentientibus principibus. consequens est. ut in multitudine sequatur dissensio. Si vero vnus presidet. plurimumque quidem ad bonum commune respicit. Si autem a bono communi intentionem auertat. non statim sequitur ut totaliter ad subditorum oppressionem intendat. quod est excessus tyrannidis. et in malicia regiminis maximum gradum tenens ut supra ostensum est. Magis igitur sunt fugienda pericula que ex regimine plurium quam ea que proueniunt ex gubernatione vnius. Amplius vero non minus contingit in tyrannidem verti regimen multorum quam vnius. sed forte frequentius Exorta namque dissensione per regimen plurium. contingit sepe vnum alios superare. et sibi soli multitudinis dominium usurpare. quod quidem ex his que in hoc tempore fiunt manifeste inspicere potest. Nam fere omne multorum regimen in tyrannidem est terminatum. ut in romana re publica apparet maxime. Que cum diu per plures magistratus administrata fuisset. ex ortis simultate et dissensionibus et bellis civilibus. in crudelissimos tyrannos inciderunt. Et si quis preterita facta et que nunc sunt et fiunt diligenter consideret pluries inueniet excreuisse tyrannidem in terris que per multos reguntur. quam in his que gubernabantur ab vno. Si igitur regimen maxime vitandum videbitur propter tyrannidem. tyrannidis autem non minus sed magis contingere solet in regimine plurium quam vni.

Relinquitur simpliciter magis esse expediens sub rege vno
viuere. q̄ sub regimine pluriū. Capitulum. vi.

Quia igit̄ vnus regimen p̄eligendū est. quia ē optimū
et cōtingit ipsum in tyrānidem conuerti q̄ est pessimū
vt ex dictis patet diligenti studio laborandū est. vt sit multi
tudini prouideatur de rege. vt nō incidat in tyrānū. Prīmū
autem est necessariū. vt talis conditionis homo ab illis ad
quos spectat hoc officium promoueatur in regem. que nō sit
probabile in tyrānidē declinare. Vnde samuel dei prouidentia
erga institutionem regis cōmendans ait. Quesiuit sibi dñs
virum sc̄dm cor suum. et precepit dominus vt esset dux sup
populum suum. Deinde sic disponenda est regni gubernatio
vt regi iam instituto tyrānidis subtrahat̄ occasio. Similiter
sic etiam eius temperetur potestas. vt in tyrānidem de facili
declinare non possit. Qd̄ quidem quomodo fiat in sequētib⁹
considerandum est. Deinde vero considerandum est. si rex in
tyrānidem diuerteret̄. qualiter posset occurri sibi. Et siquidē
si non fuerit excessus tyrannidis. utilius est remissam tyran
nidem tollerare ad tempus. q̄ contra tyrannū agendo multis
implicari periculis. que sunt grauiora ipsa tyrānidē. Potest
quidem contingere. vt qui contra tyrannum preualere non
possint. et sic prouocatus tyrannus magis deseuat. q̄ si pre
ualere quis possit aduersus tyrannum. ex hoc proueniunt
sepissime grauissime dissensiones in populo siue in tyrannū
surgitur. siue post deiectionē tyrāni. dum erga ordinationē
regim̄s multitudo sepatur in partes. Cōtingit etiā interdū
vt dū alicuius auxilio multitudo expellit tyrannū ille pt̄ate
accepta tyrānidem arripiat. et timens pati ab alio q̄ ipse in
aliū fecit. grauiore seruitute subditos opprimit. Sic. n. i. tyrā
nidē solet cōtingere. vt postericoz grauior fiat. q̄ p̄cedens. dū

precedentia grauamina non deserit. etiam ipse ex sui cordis malicia noua excogitat. Vnde syraculis quondam dyonisi mortem omnibus desiderantibus. quedam anus ut incolimis et sibi supstes esset continue orabat. quod ut tyrannus cognouit cur hoc faceret interrogauit. At illa. puella cum essem inquit et grauem tyrannum haberemus alium cupiebam. Quo interfecto. Aliquatulum durior successit eius quoque finiti dominatione magnam estimans. Tertium te importunior habere cepimus. rectorem. Itaque si tu fueris assumptus. deterior in locum tuum succedet. et fiet intollerabilis excessus tyrannidis. Quibusdam visum fuit. ut ad fortiu viroꝝ virtutem pertineat tyrannum interimere. sequitur pro liberatione multitudinis exponere periculo mortis. Cuius rei exemplum etiam in veteri testamento habetur. Nam aioth quidam iudeus eglon regem moab qui graui seruitute populum dei premebat. sita infixam in eius femore interemit. et factus est populi iudex. Sed hoc apostolice doctrine non congruat. Docet enim nos petrus apostolus non solum bonis et modestis sed etiam discolis dicimus reueretur subditos esse. Hec enim gracia. si propter conscientiam dei sustineat aliquis tristitias patiens iniuste. unde cum multi tyrannorum imperatores fidem christi persequerentur tyrannice. magnaque multitudo tam nobilium quam populi esset ad fidem conuersa. non resistendo. sed mortem patienter et armati sustinentes pro christo laudantur. ut in sacra thebeoꝝ legione manifeste apparet. Magisque aioth iudicandus est hostem interemisse quam populi rectorem vel tyrannum. Vnde etiam in veteri testamento leguntur occisi fuisse hi qui occiderunt ioas regem iuda. quamuis a cultu dei recedentem. eorum filijs reseruatis secundum legis preceptum. Esset autem hoc multitudini periculosum et eius rectoribus. si priuata presumptione aliqui

attemptarent presidentium necem et tyrānoꝝ. Plurimumqꝫ enim huiusmodi periculis magis exponunt se mali q̄ boni. Malis autem solet esse graue dominiū non minus regum q̄ tyrannoꝝ. quia sc̄dm̄ sententiā salomonis dissipat impios rex sapiens. Maius igitur periculū ex huiusmodi presumptione iminet multitudini de amissione boni regis q̄ remedium de subtractione tyrāni. Videtur autem magis contra tyrannoꝝ seuiam non p̄iuata presumptione aliquoꝝ. sed auctoritate publica procedendū. Primo quidem si ad ius alicuius multitudinis pertineat sibi p̄uidere de rege. non iniuste ab eadē rex institutus potest destitui. et refrenari eius potestas. si potestate regia tyrānice abutatur. Nec putanda est talis multitudo infideliter agere tyrānū destituens etiā si ei ī perpetuū añ subiecerat. quasi hoc ipse meruerit ī multitudinis regimine se non fideliter gerens vt exigit regis officium. q̄ ei pactum a subditis non seruetur. Sic romani terquinū superbū quē in regē susceperant. propter eius et filioꝝ tyrānidem a regno eiecerunt. substituta minoꝝ. s. cōsulatoꝝa potestate. Sic etiā domicianus qui modestissimis imperatoꝝibꝫ vespasiano patri et tyto filio eius successerat. dū tyrānidem exerceret a senatu romano interemptus est. omnibus que idem peruerse egerat per senatus consultū iuste et salubriter in irritum reuocatis vnde et factum est. vt et beatus iohānes euangelista. dilectꝫ dei discipulus. qui per ipsum domicianū in pathmos insulā fuerat exilio relegatus ad ephesum per senatus consultum remitteretur. Si vero ad alicuiꝫ superioris ius ptineat multitudini p̄uidere de rege expetendū est ab eo remediū contra tyrāni nequiciā. Sic archelai qui in iudea pro herode patre suo iam regnare ceperat paternam maliciā imitantis iudeis contra eum querimoniam ad cesarem augustum deferentibus.


primo quidem potestas eius diminuit. ablato sibi regio nomine. et medietate regni sui inter duos fratres eius diuisa. Deinde cum nec fit a tyrannide cōpesceretur. a tyberio cesare religatus est apud lugdunum gallie ciuitatē. Quod si oīno contra tyrannum auxilium humanum haberi nō possit. recurrendum est ad regem omnium deum. qui est adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Eius enim potentie subest. ut eorum tyranni crudele conuertat in mansuetudinem. scdm illud

salomonis. cor regis in manu dei est. quocumque voluerit inclinabit illud. Ipse enim est qui regis assueri crudelitatem qua iudeus mortem preparabat in mansuetudinem conuertit. Ipse enim est qui nabugodonosor regem crudelem in tantam deuotionem conuertit. quod factus est diuine potentie predicator. Nunc ergo iquit ego nabugodonosor laudo et magnifico et glorifico regē celi. quia opera eius vera et vie eius iudicia et gradientes in superbia potest humiliare. Tyrānos vero quos reputat conuersione indignos potest auferre de medio. vel ad infimum statum reducere. scdm illud sapiētis.


Sedes ducum superborum destruxit deus. et sedere fecit mites pro eis. Ipse enim qui videns afflictionem populi sui in egypto. et audiens clamorem. eorum pharaonis tyrānidem deiecit cum exercitu suo in mare. Ipse est qui memoratum nabugodonosor prius superbientē eiecit non solum de regni solio sed etiam de hominum consortio in similitudinem bestie. commutatus nec abbreviata est manus eius ut populum suum a tyrannis potestate liberare non posset promittit enim per ysaiam populo suo requiem se daturum a labore et a cōcussione et a seruitute dura qua ante seruierat et per ezechielem dicit. Liberabo gregem meum de ore eorum. s. pastorum qui pascunt seipsos. Sed ut hoc beneficium populus consequi

mereatur debet a peccatis cessare quasi in ultionem peccati diuina promissione impij accipiunt principatum dicente domino per osee. Dabo tibi regem in furore meo. Et in iob dicit. quod regnare facit hominē ypocritam propter peccata populi. Tollenda est igitur culpa vt cesset tyrānidis plaga.

Capitulum. viij.

 **Q**uomodo autem scdm predicta regis est officium bonū multitudinis querere nimis videretur onerosum esse regis officiū nisi ei aliquod bonum ex hoc proueniret. Oportet igitur cōsiderare quale sit boni regis premium conueniēs. Quibusdam igitur visum est regis premium nō aliud q̄ honorem et gloziam. vnde et tullius in libro de republica diffinit principem ciuitatis esse alendum gloria. Cuius rationem aristoteles in libro ethicoꝝ assignare videt̄. Quasi princeps cui nō sufficit honor et gloria consequenter efficit̄ tyrān̄. Inest animis oīm vt propriū bonū querāt. Si igitur cōtent̄ nō sit gloria et honore. querat voluptates et diuicias et sic ad rapinas et subditoꝝ iniurias cōuertit̄. sed si hāc sententiā recepim̄ pluriā secunt̄ iconuenientia. Priō nāq̄ hoc regib̄ esset dispēdiosum si tot labores et sollicitudines paterēt pro mercede tā fragili. Nichil enim videt̄ in rebus humanis esse fragilī gloria et honore cū fauores hoīm depēdeāt ex opiniōib̄ hoīm et verbis eoz̄ quib̄ nichil est mutabilī in vita hoīb̄. Et idē ē q̄ ysaias propheta huiusmōi gloriā noīat florē feni. Deinde huāne glorie cupido animi magnitudinē auferit. Qui enim fauorē hoīm querit necesse ē vt ī eo casu qđ dicit aut facit eozum voluntati deseruiat. et sic dū placere oīb̄ studet vt serū singuloꝝ efficit̄. propter qđ etiā idē tullius in libro de officijs cauendum dicit esse glorie cupiditaz. Tripliciter enim animi libertatem p̄ quam magnanimis viris

debet omnis esse contentio. Nichil autem principem qui ad magna pagenda instituitur decet magis quam animi magnitudo. Est igitur incompetens regis officio humane glorie premium. Similiter etiam est multitudini noxium si tale premium statuatur principibus. pertinet enim ad boni viri officium ut contempnat gloriam. sicut et alia temporalia bona virtuosi enim et fortis animi est pro iusticia contempnere gloriam sicut et vitam. Unde fit quoddam mirabile. ut quia virtuosos adus consequitur gloria. ipsa quoque gloria virtuose contempnitur ex contemptu glorie homo virtuosus redditur per sententiam fabij dicentis. gloriam qui spernit veram habebit. et de cathone dicit salustius. Quo minus patebat gloriam. tanto magis assequabatur illam. Ipsique christi discipuli se sicut dei ministros exhibebant per gloriam et ignobilitatem per infamiam et bonam famam. Non igitur boni viri conueniens premium gloria est. quam contempnunt boni. Si igitur hoc solum premium statuatur principibus sequetur bonos viros. aut non assumere principatum aut si sumpserint inpremiatos esse. Amplius ex cupidine glorie periculosa mala proueniunt. Multi enim dum immoderate in rebus bellicis questierint se ac suos exercitus perdidit libertate patrie sub hostium seruitute redacta. Unde toquacius romanus princeps in exemplo huius vitandi discriminis filium qui contra suum imperium ab hoste prouocatus. iuuenili ardoze pugnauit. licet vicisset occidit: ne plus mali esset in presumptionis exemplo. quam virilitatis in gloria hostis occisi. habet etiam cupido glorie accepte sibi familiare vicium simulationem videlicet. quo enim difficile est paucis. quod contingit veras virtutes assequi quibus solum debetur honor et gloria. Multi gloriam cupientes virtutum simulatores fiunt propter quod sicut salustius dicit. Ambicio



multos mortales falsos fieri coegit aliud clausum in pectore
aliud promunt habere in lingua. magnum quia ultra querit
ingenium bonum habere. Sed et saluator noster eos qui bo
na opera faciunt ut ab hominibus videantur ypocritas id e
similatores vocat. Sicut igitur periculosum est multum. Si
princeps voluptates et diuicias querat pro premio. ne rap
tor et contumeliosus fiat. ita periculosum est si ei determine
glorie premium. ne presumptuosus et similator existat. Sed
quod ex dictorum sapientum. intentione apparet. non ea ratio
ne honorem et gloriam pro premio principi decreuerunt ta
quam ad hoc principaliter ferri debeat regis bona intentio.
Sed quia tollerabilius est si gloriam querat quam si pecuniam
cupiat vel voluptatem sequatur. hic enim viciu virtuti
propinquius est cum gloria quam cupiunt homines nichil
adsit. ut augustinus diffinit quod iudicium hominum bene de
hominibus operantium. Cupido igitur glorie habet aliquod
virtutis vestigium saltem de bonorum approbationem que
rit et eis displicere recusat. paucis igitur ad veram virtu
tem prouenientibus tollerabilius videtur si perferatur ad
regnum qui vel iudicium hominum metuens saltem a ma
lis manifeste retrahitur. Qui enim gloriam cupit aut vera
via id est per virtutem operis vincitur ut ab hominibus
approbetur. vel saltem dolis ad hoc tendit atque fallacis.
Qui vero dominari desiderat. si cupiditate glorie carens non
timeat bene iudicantibus displicere. etiam per apertissi
ma scelera querit plurimumque optinere quod diligit. unde
bestias superat siue crudelitatis siue luxurie vicis sicut in
nerone cesare patet. Cuius ut augustinus dicit. tanta fuit
luxuria ut nichil ab eo putaretur metuendum virile tan
ta crudelitas ut nichil molle hunc putaret. Hoc autem satis

expzimitur per illud q̄ aristoteles de magnanimo in ethicis dicit. q̄ non querit honozem et gloziam. q. quid magnum p̄ sit virtutis premiū sufficiens. sed non vltra hoc ab hominib⁹ exigit. hoc enim inter omnia terrena videtur esse pzincipium vt hoc omni ab hominibus testimonium de virtute reddat.

Capitulum. viij.

¶ **Q**uomodo ergo mundanus honoz et hominum glozā regie celsitudinis nō est sufficiens premium inquirendum restat quale sit eius sufficiens premium. Est autem conueniens vt rex p̄mium expectet a deo. Manifeste enim pro suo ministrio premium expectat a domino. rex autem populum gubernando minister dei est. dicente apostolo. q̄ omnis potestas a domino deo. et q̄ dei est minister vindex in iram ei qui male agit et libro sapientie. Reges regni dei ministri dei describunt. Debent igitur reges pro suo regimine premium expectare a deo remunerat autem deus reges pro suo ministrio temporalibus bonis interdum. sed talia premia sunt bonis malisq̄ cōmunia. Vnde dominus ad ezechielem dicit. Nabugodonosoz rex babilonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus tyrum et merces non est reddita ei nec exercitui eius de tyro pro seruitute qua seruiuit michi aduersus eam: ea. s. seruitute q̄ peccatis sc̄dm apostolum dei minister est vindex in iram ei qui male agit. Et postea de p̄mio dicit domin⁹ deus. Ecce ego dabo nabugodonosoz regē babilonis in terra egypti et diripiet spolia eius et erit merces exercitui eius. Si igitur reges iniquos contra dei hostes pugnantes licet non itentione seruiendi deo sed sua odia et cupiditates exequendi tanta mercede dominus remunerat vt eis de hostibus victoziam tribuat. regna subiciat et spolia diripienda proponat. Quam faciet bonis regibus qui pia

intentione populū dei regunt et hostes impugnant non qui-
dem terrenam. sed eternam eis mercedem promittit nec in alio
quod in se ipso dicente petro pastoribus populi dei. pascite qui
in vobis est gregem dei. ut cum venerit princeps pastorum
id est rex regum christus participatis. inmercesibile glorie co-
ronam. de qua dicit ysaias. Erit dominus solum exultatio-
nis et diadema glorie populo suo. hoc autem ratione mani-
festatur. Est enim mentibus omnium ratione utentium indi-
tum virtutis premium beatitudine esse virtus enim uniuscu-
iusque esse describitur que bonum facit habentem et opus eius
bonum reddit. Ad hoc autem quisque operande pervenire nititur. ad
id quod est maxime desiderio inditum. hoc autem est felicem
esse quod nullus potest novelle. Hoc igitur premium virtutis
convenienter expectat quod facit hominem bonum. Si autem bonum operari
virtutis est opus bene regere subditos. Hoc etiam erit premium
regis quod eum facit esse bonum. Quod autem hoc fit hinc considerandum
est. beatitudinem quidem dicimus ultimum desideriorum finem. neque
enim desiderii motus in infernum procedit. Esse enim inane natu-
rale desiderium cum infinita pertransiri non possint. Cum autem
desiderium etiam intellectualis nature sic uniuersalis boni. hoc
solum bonum vere bonum facere poterit. quo adepto nullum
bonum restat. quod amplius desiderari possit. unde et beatitudo dicitur
bonum perfectum. quod omnia desiderabilia in se comprehendens. tale au-
tem non est aliud bonum terrenum. Nam qui diuitias habent amplius habere
desiderant. et simile patet in ceteris. et si ampliora non querant de-
siderant tamen ut ea permanant vel alia in locum eorum succedant.
nichil enim permanens inuenitur in rebus terrenis. Nichil igitur
terrenum est quod quietare animum possit. neque igitur terrenum aliud
bonum facere potest. nec possit esse regis conueniens premium.
Adhuc cuiuslibet finalis rei perfectio et bonum completum ab aliquo

superiori dependet quia et ipsa corporalia meliora reddunt
ex adiunctione meliori. peiora vero si deterioribus admisce
antur. sicut argento si misceatur aurum. argentum fit melius
quod ex plumbi admixtione impurum efficitur. Constat autem
terrena omnia esse infra mentem humanam beatitudo autem
est hominis finalis perfectio et bonum completum ad quod omnes
venire desiderant. Nihil ergo terrenum quod potest hominem
beatum facere neque igitur terrenum est aliquod regis premi
um sufficiens. Non enim ut augustinus dicit. christianos pri
ncipes beatificamus quia diuicijs imperauerunt. vel imperatores
alios morte placita reliquerunt. vel hostes rei publice diminu
erunt. vel ciues aduersus se insurgentes. et capere et opprimere
potuerunt. sed felices eos dicimus. si iuste imperant si malum
cupiditatibus potius quam gentibus quibus licet imperare. si
omnia faciunt non propter ardorem inanis glorie. sed propter
caritatem felicitatis eterne. Tales imperatores christianos
dicimus beatos esse interim spe. postea ipsa re futuros cum
id quod expectamus aduenerit. Sed nec aliquid creatum est quod
hominem beatum faciat et possit regi determinari pro pre
mio. Tendit enim uniuscuiusque desiderium in suum principi
um a quo esse suum creatur. Causa vero mentis humane non
est aliud quam deus. qui eam ad suam ymaginem fecit. Solus
igitur deus est qui hominis desiderium quietare potest et fa
cere hominem beatum et esse regis conueniens premium. Am
plius mens humana uniuersalis boni cognoscitiua est per
intellectum et desideratiua per voluntatem. bonum autem uni
uersale non inuenitur nisi in deo. nichil igitur est quod possit
hominem beatum facere eius implendo voluntatem nisi deus
de quo dici potest. Qui replet in bonis desiderium tuum. In
hoc igitur rex suum premium statuere potest et debet. Hoc




igitur considerans dauid rex dicebat. Quid enim michi est in celo et a te quid volui super terram. Cui postea respondens dixit. Michi adherere deo bonum est et ponere in deo spem meam. Ipse enim est qui dat salutem. non solum temporalem qua communiter saluat homines et iumenta. sed eam de qua dicit ysaias. Salus autem mea in sempiternum erit. qua homines saluat eos ad equalitatem angelorum perducens. Sic igitur verificari potest quod regis premium non sit honor et gloria. Quis enim mundanus et caducus honor huic honori similis esse potest ut homo sit ciuis sanctorum et domesticus dei et inter dei filios computatus hereditatem regni celestis assequetur cum christo hic est honor quod concupiscens et admirans rex dauid. dicebat. Nimis honorati sunt amici tui deus. que in super humane laudis gloria huic glorie comparari potest quod non fallax blandientium lingua non decepta hominum opinio fallax profert. sed ex interioris conscientie testimonio prodit. et dei testimonio confirmatur qui suis confessoribus premitit quod confiteatur eos in gloria patris cum angelis dei. qui autem hanc gloriam querunt eam inueniunt et qui non querunt gloriam hominum consequuntur. exemplo salomonis qui non solum sapientiam quam quesuit accepit a domino sed factus est super omnes alios reges gloriosus. Capit. ix.

Considerandum restat ulterius. quod sublimen et eminentem obtinebunt celestis beatitudinis gradum qui officium regium digne et laudabiliter exequuntur. Si enim beatitudo virtutis est premium consequens est ut maiori virtuti maior gradus beatitudinis debeat. Est autem virtus precipua qua homo animis non solum seipsum sed alios dirigere potest. et tanto maior quanto plurimum regitura est et quod secundum virtutem corporalem tanto aliquis virtuosior reputatur.

quanto plures vincere potest. aut pondera plura leuare. Si igitur maior virtus requiritur ad regendam domesticam familiam quam ad regendum seipsum. multoque magis ad regimen ciuitatis et regimen regni. Est igitur regimen excellentis virtutis. bene regium officium exercere. Debetur igitur excellens in beatitudine premium. et ad hoc in omnibus artibus et potentibus laudabiliores sunt qui alios bene dirigunt quam qui secundum aliorum directionem se bene habent. In speculatiuis enim maius est virtutem docendo alijs tradere quam ab alio traditam capere posse. In artificibus etiam maior estimatur. maiorque precio conducitur architecto qui edificium disponit. quam artifex qui secundum eius dispositionem manualiter operatur et in rebus bellicis maiorem gloriam de victoria consequetur prudentia ducis quam militis fortitudo. Sic autem habet se rector multitudinis in hijs que sunt in singulis secundum virtutem agenda. sicut doctor in discipulis. et architecto in edificijs. dux in bellis. Est igitur rex maiori premio dignus si bene subiectos gubernauerit quam aliquis subditorum si se bene sub rege habuerit. Amplius si virtutis est ut per eam opus hominis bonum reddatur. maioris virtus esse videtur quam magis bonum aliquis operatur. Maius et diuinius est bonum multitudinis. quam vnius. unde et interdum malum vnius sustinet. si bono multitudinis cedat. sicut occiditur latro. ut pax multitudini detur. et ipse deus mala in mundo non sineret. nisi ex eis bona eliceret ad utilitatem et pulchritudinem vniuersi. pertinet autem ad regis officium. ut bonum multitudinis studiose procuret. maius igitur premium debetur regi pro bono regimine. quam subdito pro recta actione hoc autem manifestius sciet. Si quis magis in spirituali consideret laudatur enim ab hominibus queuis priuata persona et ei artius



computatur in premium si egenti subueniat. Si discordes
pacificet si oppressum a potētiore eripit. deniq; si aliter qua
liter conuenit opem et consilium conferat et salutem. Quan
to igitur magis laudandus est ab hominibus et premiandus
a deo qui totam prouintiam facit pace gaudere. uilentes co
hibet. iusticiam seruat et disponit quid agendū sit hominib;
suis legibus et pceptis. Hinc etiam magnitudo regie vir
tutis apparet q̄ precipue dei similitudinem gerit dum hoc a
git in regno q̄ deus in mundo. Vnde in exodo. Iudices mul
titudinis dñi vocantur. Imperatores etiam apud romanos
diuini vocabantur. Tanto autem est aliquid deo magis ac
ceptum quanto magis ad eius imitationem accedit. Vnde et
apostolus monet. Estote imitatores dei sicut et filij karissimi
Sed si scdm̄ sententiam sapientis. omne animal diligit simile
sibi. scdm̄ q̄ cause similitudinem aliquo modo habent causata.
Consequens igitur est bonos reges deo esse acceptissimos et
ab eo maxime premiandos. Similiter etiam vt gregorij ver
bis utar. quid sublimitas regiminis. nisi tempestas mentis.
Quieto autē mari recte nauē etiā imperio dirigit. turbato autē
tempestatis fluctib; etiā pitus nauta se confundit. Vñ pluri
mūq; in occupatiōe reginis. ipse q̄ boni opis usus p̄dit qui
ī trāquilitate turbat. valde eī difficile est vt sicut aug⁹ dicit
si inter linguas sublimiter honoratiū et obsequio nimis hūi
liter salutatiū non extollunt sed se hoīes eē meīnerunt. et in
ecclesiastico dicit esse diues beatus qui p̄ aux non abijt nec
spauit in thesauris pecunie. qui potuit trāsgredi et non est
transgressus facere mala. vt nō fecit. Ex quo quasi ī virtutis
ope probat̄ iueit̄ fidelis. Vñ scdm̄ sapiētis prouerbiū oñdit
p̄ncipat̄ viz. Multi enī ad p̄ncipat̄ culmē puenientis a
virtute deficiūt. qui dū ī iūmo essent statu. virtuosi videbāt



Ipsa igitur difficultas que principibus imminet. ad bene agendum. eos facit maiori premio dignos. etiam si aliquando per infirmitatem peccauerint. apud homines excusabiles redduntur et facilius a deo veniam promerentur. si tamen ut augustinus dicit. pro suis peccatis humilitas et miserationes et orationis sacrificium de suo corde vero immolare non negligunt. In cuius rei exemplum de achab rege israhel qui multum peccauerat dominus ad helyam dixit. quia humiliatus est mei causa. non inducam malum in diebus eius. Non solum autem ratione oram. quod regibus excellens premium debeat. sed etiam auctoritate diuina firmatur. Dicitur enim in zacharia quod in illa beatitudinis die erit domus protectorum habitantium in iherusalem. id est in visione pacis eterne. Aliorum domus erunt. sicut domus dauid quia scilicet omnes reges erunt et regnabunt cum christo sicut membra cum capite. sed domus dauid erit sicut domus dei. quasi sic fideliter regendum dei officium gessit in populo ita in premio. deo propinquus habebitur. hoc etiam fuit apud gentiles aliquando somnium. dum ciuitatum rectores atque seruatores in deo transformari putabunt.

Capitulum. x.

Quoniam igitur regibus tam grande in celesti beatitudine premium proponatur si bene se in regendo habuerint diligenti cura seipsum obseruare debent ne tyrannide conuertantur. Nichil enim ei acceptabilius esse potest. quam ex bonorum regio quo sublimantur in terris. in celestis regis gloriam transferantur. Econuerso vero tyranni quia propter quedam terrena commoda iusticiam deserunt tanto priuantur premio quod adipisci poterant iuste regendo. Quam autem stultum sit prohibemus paruis et temporalibus bonis maxima et sempiterna perdere bona. nullus nisi sit stultus aut infidelis ignorat

no in quomodo
iusticia pmp
operanda et in
iustitia semp est
uitanda

Ad dicendū ē etiā p̄ hec temporalia cōmoda propter que tyrāni iusticia n̄ deserunt magis ad lucrum p̄ueniunt regibus dū iusticiā seruant. Primo namq; inter mundana omnia nichil est q̄ amicicie dignum p̄ferens videat̄. Ipsa enī ē que virtuosos in vnū consiliat virtutē conseruat atq; promouet. Ipsa est qua oēs indigent in quibuscūq; negotiis exequēdis que nec p̄ospis ip̄ortune se ingerit. nec desinit in aduersis. Ipsa est que maxime delectationes affert in tm̄ vt quecumq; delectabilia in tedium sui amicis vertantur que libet autem aspera facilia et prope nulla facit amoz. Nec est alicui tyrāni tāta crudelitas. vt amicicia non deicent̄. Dponisius enim quondā syracusanorum tyrannus cum duorum amicorum qui dāmon et pbichias dicebātur. alter occidere vellet is qui occidendus erat inducias impetrauit vt donum p̄fectus res suas ordina ret. Alter vero amicorum se obsidem tyranno pro eius reditu dedit appropinquante aut̄ p̄fixo die nec illo redeunte vnusquisq; fidiuissorem stulticie arguebat at ille se nichil de amici constantia metuere p̄dicabat eadem autem hora que fuerat p̄fixa. occidendus rediit ammirans autem tyrannus. supplicium propter amicicie fidem remisit insuper rogans vt cum tertium reciperent in amicicie gradum. hoc tm̄ inamicicie bonum quamuis desiderent tyranni consequi non possunt dum enim commune bonum non querunt sed proprium sit parua vel nulla eorum communio ad subditos. Omnis autem amicicia aliqua super communione firmatur eos vero qui conueniunt. vel per originem nature vel per mozum similitudinem vel per cuiuscumq; societatis cōionem videmus amicicia cōiungi. p̄ua igit̄ vel potius nulla ē amicicia tyrāni et subditi simul quia dū subditi per tyrānicā in iusticiā opprimunt̄ et se amari non sentiunt sed contempni nequa q̄ amat

Est enim maioris virtutis inimicos diligere et persequentibus bene facere. quod quod a multitudine obseruatur nec habent unde de subditis conqueratur si ab eis non diligantur quia nec ipsi se tales exhibent ut diligere debeant at boni reges dum communem perfectum studiose intendunt et eorum studio subditi plurima commoda se consequi sentiunt diliguntur a plurimis. dum subditos amare se demonstrant quia et hoc etiam est maioris malicie quod quod in multitudine cadit ut odio habeantur amici benefactoribus rependatur malum pro bono. Ex hoc amore prouenit quod bonorum regum regimen fit stabile dum pro ipsis se subditi quibusque periculis exponere non recusant. Cuius exemplum in iulio cesare apparet. de quo suetomus refert. quod milites suos usque adeo diligebat. ut audita quorundam cede. capillos et barbam aut non descerperit. quod mendicasset. Quibus regibus deuotissimos sibi et fortissimos milites reddidit. ita quod plurique eorum capti concessam sibi sub ea conditione vitam. si militare aduersus cesarem uellent recusarent. Octavianus etiam augustus qui modestissime imperio usus est et tantum diligebatur a subditis ut plurique morientes victimas deuouerant immolari demandarent quia eum supersitem reliquissent. Non est igitur facile ut principis perturbetur dominium quem tanto consensu populus amat. propter quod salomon dicit. Rex qui iudicat in iusticia pauperes tronus eius in eternum firmabitur tyrannorum uero dominium diuturnum esse non potest. cum sit multitudini odiosum. Non enim potest diu conseruari quod uotis multorum repugnat. vix enim a quoque presens vita transigitur. quin aliquis aduersitates paciatur. aduersitas autem tempore. occasio dresse non potest contra tyrannum insurgendi. et si adsit occasio non deerit ex multis vel vnus qui occasione non utatur

In surgente autem populus nociue prosequi nec de facile ca
rebit effectu q̄ cum fauore multitudinis attēptat. vix ergo
pōt contingere q̄ tyranni dñium protendať i longum. Hoc
etiam manifeste apparet si quis consideret vnde tyranni do
minium conseruetur. non enim conseruatur amoze cum pua
vel nulla sit amicicia subiecte multitudinis vt ex pzehibitis
patet. De subditorum autem fide tyrannis confidendum non
est. non enim inueniť tanta virtus in multis vt infidelitatis
virtute compzimantur ne indebite seruitutis iugum si possint
excutiant. fortassis autem non fidelitati contrarium reputa
bitur scđm opinionem multozum. si tyrannice nequicie quali
tercumq̄ obuicť. Restat igitur vt solo timoze tyrāni regimē
sustētetur. vnde et timere se a subditis intentione pzocurat.
Timor autem est debile firmamentum. Nam qui timoze sub
ditur. si occurrat occasio qua posset in pzeuitatem sperare cō
tra pzeidentes insurgunt eo ardentius quo magis contra vo
luntatem ex solo timoze cohibebantur sicut si aqua per vio
lentiam concludatur et aditum inuenerit impetuosius fluit
Sed nec ipse timor erat periculo. cum ex nimio timoze plu
riq̄ in desperationem incidunt. Salutis autem desperatio au
dacter ad quolibet attempranda pzeecipitat. Non igitur po
test tyranni dominium esse diuturnum hoc etiam non min⁹
exemplis q̄ rationibus apparet. Si quis enim antiquozum
et modernozum euentus consideret vix inueniet tyranni alicu
ius dominium diuturnum fuisse vnde et aristoteles in sua po
licica multis tyrannis enumeratis omnium monstrat domi
nium breui tempoze fuisse finitum. quozum tamen aliqui di
ucius pzeferunt. quia non multum in tyrannide excedebant.
sed quidem ad nutum imitabantur regalem modestiam. Hoc
aut̄ adhuc magis fit manifestū ex cōsideratiōe diuini iudicij

vt enim in iob dicitur . Regnare fecit hominem ypocritam propter peccata populi. Nullus autem verius ypocrita dici potest q̄ qui sumit regis officium et exhibet se tyrānam ypocritadem qui alias terras representat personā sic in spectaculis fieri consuevit. Sic igitur deus p̄fici permittit tyrānos ad puniendum subditorum peccata. Talis autem punicio in scripturis nominari consuevit ira dei. vnde dominus per osee tibi dicit. Dabo regem in furore meo. Infelix autem rex qui populo in furorem dei conceditur . Non enim stabile potest esse eius dominium. q. non obliuiscetur misereri deus. aut cōtinebit in ira misericordias suas. quinimmo vero per iobelem dicitur. Est paciens et multe misericordie et p̄stabilis sup malicia. Non igitur deus diu p̄mittit regnare tyrānos sed post temp̄astatem per eos inductam populo per eorum deiectionem tranquillitatem iuducit. Vnde sapiens dicit. Sedes ducum superbozum destruit dominus et sedere fecit mites pro eis. Experimento et apparet q̄ reges per iusticiam magis adipiscantur nisi diuicias quam per rapinam tyranni. Quia enim tyrannorum dominium subiecte multitudini displicet opus habent tyranni multos habere satellites per quos contra subditos tuti reddantur. in quibus necesse est plura exp̄dere. quod a subditis rapiunt. Regum autem dominium quia subditis placet. omnes subditos pro satellitibus ad custodiā habent in quibus expendere opus non habent. Sed interdū in necessitatibus plura regibus sponte donantur q̄ tyranni diripere possunt. et sic impletur q̄ salomon dicit. Alij scilicet reges d̄dunt p̄propria benefaciendo subiectis. et diciozes fiunt. Alij scilicet tyranni rapiūt non sua et semper i egestate sunt. Similiter aliter etiam iusto dei iudicio fit vt qui diuicias iniuste congregauerunt inutiliter eas expendunt aut

iniuste auferuntur ab eis. vnde salomon dicit. Auarus nō implebitur pecunia. et qui amat diuicias fructum non capiet ex eis. quūmmo vt alias dicit. conturbat domum suam qui sectatur auariciam. reges vero dum iusticiam querunt et nō diuicie eis adicientur a deo sicut salomoni qui dum sapiētia quesuit aliud faciēdum iudiciū p̄missionē de habundantia diuiciarum recepit. De fama enim superfluum vidē dicit. Quis enim dubitet bonos reges non solum in vita sed magis post mortem quodammodo laudibus hominum viuere et in desiderio haberi. Malozum vero nomen statim deficere. vel si excellentes in malicia fuerunt cum detestatione eozum permanere. vnde salomon dicit. Memoria iusti cum laudibus. nomen autem impiozum putrescit vel defecit vel remanet cum fetore.

Capitulum. xi.

I E hīs ergo manifestum est quod stabilitas peccatis diuine honoz et fama magis regibus q̄ tyrannis ad votum perueniunt propter que tamen indebitu adipiscenda inclināt ad tyrannidē p̄cipem. Nullus enī ad iusticiam declinat nisi cupiditate alicuius commodi tradens. Priuatus insuper tyrannis excellentissima beatitudine que regibus debetur in p̄mio. et q̄ est grauius maximum tormentum sibi acquirit in penis. Si enim vnum hominem spoliat vel si in seruitutem redigit vel occidit maximam penam meretur quā tum quidem ad iudiciū dei dampnationem eternam quāto magis est tyrannum deteriora mereri supplicia qui vndiqz ab hominibus rapit contra hominem communem libertatem laborat p̄o libito voluntatis quoscumque interfecit. Tales ergo raro penitere vento superbie inflati multo peccatozum a deo deserti et adulationibus hominum de libuti et rarius digne sacrificere. possunt. Quādo enim restituerunt omnia que

preter iusticie debitum abstulerunt. ad que tamen restituenda nullus eos dubitat teneri. Quando responsabunt eis quos oppresserunt et iniuste qualitercumque locarunt adicitur autem ad eorum in penitentiam quod omnia sibi licita estimabant que impune sine resistentia facere potuerunt. unde non solum non emendare satagunt que male fecerunt sed sua consuetudine pro auctoritate vtentes peccandi audaciam transmittunt ad posteros et sic non solum suorum facinorum a quod deum rei tenentur. sed etiam eorum quibus peccandi occasionem reliquerunt. Aggrauatur et eorum peccatum et digniti suscepti officij. Sicut enim terrenus rex grauius peruertit suos ministros si inueniat sibi eos contrarios. ita deus magis puniet eos quos sui regiminis exequutores et ministros fecit si nequiter agant dei iudicium in amaritudinem conuertentes unde et in libro sapientie ad reges iniquos dicitur. quoniam cum essetis ministri regis illius. non recte iudicastis neque custodistis legem iusticie neque secundum voluntatem dei ambulastis horrende et cito apparebit vobis quod iudicium durissimum in hijs qui presunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia potentes autem potenter tormenta patientur. Ad ei abugo. p. ysa. dicitur. Ad infernum detraheris in profundum lacu qui te viderint ad te inclinabunt teque prospicient. q. profundius in penis submersum. Capit. xij.

S igitur regibus habundanter temporalia bona proueniunt et excellens beatitudinis gradus. preparatur a deo tyranni autem et a temporalibus bonis que cupiunt plurimum frustrantur. Multis igitur periculis temporalibus subiacentis et quod est amplius bonis eternis priuantur. Ad penas grauissimas reseruati vehementer studendum est huius que regendi susceperunt vt reges se subditis prebeant non

tyrannos. De rege autem quid sit et quod expediat multitudine regem habere ad hoc autem quod presidenti expediat se regem multitudini exhibere subiecte non tyrannum. tanta a nobis dicta sunt. Capitulum. xij.

Consequens autem ex dictis est considerare quid sit officium regis et qualem oporteat esse regem. Quoniam vero ea que sunt secundum artem imitantur ea que sunt secundum naturam. ex quibus accipimus ut secundum rationem operari possimus optimum videtur a forma regis naturalis assumere. Inuenitur autem in rerum natura regimen et vniuersale et particulare. vniuersale quidem secundum quod omnia sub regimine dei continentur. que sua prouidentia gubernantur. particulare quidem regimen maxime diuino regimini simile inuenitur in homine qui ob hoc minor mundus appellatur. quia in eo inuenitur forma vniuersalis regiminis. Nam sicut vniuersa creatura corporea et omnes spirituales virtutes sub diuino regimine continentur. sic et corporis membra. et cetera vires anime a corde reguntur. et sic quodammodo patet. sicut se habet ratio in homine. sic deus in mundo. Sed sicut supra ostendimus. homo est animal naturaliter sociale in multitudine viuens. Similitudo diuini regiminis inuenitur in homine non solum ad hoc quod ratio regis ceteras partes hominis. sed vltterius quantum ad hoc quod per rationes vnius hominis regitur multitudo. quod maxime pertinet ad officium regis. Dum etiam in quibusdam animalibus que socialiter viuunt quedam similitudo inuenitur huius regiminis. sicut in apibus in quibus etiam reges esse dicuntur. Nota quod per rationes sit regimen communis. sed per instrumentum nature inditum a summo regente qui est actor nature. Hoc igitur officium se suscepisse rex cognoscat. ut sic in regno sicut in corpore anime. et sicut deus in mundo.

Quid si diligenter excogitet ex alto iusticie in eo zelus accenditur dum considerat adhuc se fore positum in loco dei. ut iudicium in regno exerceat. Exaltatio vero mansuetudinis et clementie lenitatem acquirit. dum reputat singulos qui suo subsunt regimini sicut propria membra. Capit. xiiij.

Portet igitur considerare quid deus in mundo faciat. Sic enim manifestum est et erit. quid emineat regi faciendum. Sunt autem vniuersaliter consideranda duo opera dei in mundo. vnum quo mundum instituit. alterum quo mundum institutu gubernat. Hec autem duo opera anima habet in corpore. Nam primo quidem virtute anime formatur corpus. Deinde vero per animam corpus regitur et mouetur. Horum autem scdm quod magis proprie pertinet ad officium regis vnde ad omnes reges pertinet gubernatio. et ex gubernatione regiminis nomen regis accipitur. Primum autem opus non omnibus regibus conuenit. Non enim omnes regnum aut ciuitates instituunt in quibus regant. sed regno aut ciuitati iam institutis regiminis curam impendunt. Est tamen considerandum quod si non processisset qui instituisset ciuitatem aut regnum locum non haberet gubernatio regis. Sub regis enim officio comprehenditur institutio ciuitatis vel regni. Nonnulli enim ciuitatem instituerunt in quibus regnabant ut ninus niniue. romulus romam. Similiter etiam ad gubernationis officium pertinet ut gubernata conseruet. ac eis utatur quasi ad situm instituta. Non igitur gubernationis officium plene poterit cognosci. si institutionis ratio negaretur. Ratio autem institutionis regni ab exemplo institutionis mundi sumenda est in quo primo consideratur ipsarum rerum productio. deinde partium mundi ordinatio. siue distinctio. Alterius autem singulis mundi partibus diuerse rerum

Species distribuere videtur. vt stellas celi. volucres aeris. pisces aque animalia terre. Deinde singulis quibus indigēt ea habundanter diuinitus prouisa videntur. hanc autem institutionis rationem moyses subtiliter et diligenter exp̄ssit. Primo enim rerum productiones proponit dicens. In principio creauit deus celum et terram. Deinde sc̄dm cōuenientē ordinationem omnia diuinitus instituta esse denunciat. videlicet diem a nocte a superioribus inferiora mare ab arida. hinc celum luminaribus a uibus aerem. mare piscib⁹. animalibus terram refert. vltimo assignatum hominibus animalium terreeq; dominum. vsum vero planetarum tam ipsis q̄ animalibus ceteris prouidentia diuina denunciat. Institutoz autem ciuitatis vel regni de nouo quidem producere. et loca ad habitandum et cetera vire subsidia non potest sed necesse habet hīs vti que in natura preexistunt sicut et cetera artes operationis sue materiam quam accipiunt. vt faber ferrum. edificator autem ligna et lapides assumit. Necesse est igitur institutori ciuitatis et regni. Primum quidem congruum locum eligere. qui salubritate habitatores conseruet. vtertate ad victū sufficiat. amenitate delectet. imunitioe ab hostib⁹ tutos reddat. Quod si aliquid de dicta oportunitate deficiat. tāto loc⁹ est conuenientior q̄to plura vel magis necessaria de p̄missis habebit. Deinde necesse ē vt locū institutionis ciuitatis regni distinguat pro exigētia eoz que p̄fectio ciuitatis aut regni requirit. Puta si regnū instituendū sit. oportet videre quis loc⁹ apt⁹ sit vrbib⁹ cōgruēdis. quis villis. quis castris vbi cōstituenda sint studia lr̄az. vbi exercicia militū. vbi negociatoz cōuent⁹ et sic de alijs que p̄fectio regni requirit. Si autē institutioni ciuitatis opera dēt prouidere oportet quis sit locus sacris quis iuri reddend⁹. quis artificibus singulis deputādis.

Alterius autem oportet homines congregare qui sunt congruis locis secundum sua officia deputandi. Deinde providendum est ut singulis necessaria suppetant. sed uniuscuiusque conditionem et statum. aliter eius nequaquam possit regnum vel ciuitas commanere. Hec igitur sunt ut supra indicat que ad regis officium pertinent institutioni ciuitatum aut regni ex similitudine institutionis mundi assumpta. Capit. xv.

Sicut autem institutio ciuitatis aut regni ex forma institutionis mundi conuenienter accipitur. sic et gubernationis ratio ex diuina gubernatione sumenda est. Est tamen primo considerandum quod gubernare est id quod gubernatur conuenienter ad debitum finem perducere. Sic enim nauis gubernari dicitur dum per nauis prouidentia recto itinere ad portum illesa perducitur. Si igitur aliquid ad finem extra se ordinetur. ut nauis ad portum. ad gubernationis officium pertinebit. non solum ut rem in se conseruet illesam. sed quod ulterius ad finem perducatur. Si vero aliquid esset cuius finis non esset extra ipsum. Adhuc solum intendit gubernatoris intentio. ut rem illam in sua perfectione conseruaret illesam et quamuis nil tale esse inueniatur in rebus preter ipsum deum qui est omnium finis. erga id tamen quod ad finem extrinsecum ordinatur. cura multipliciter impenditur a diuersis. Nam forte alicuius est qui causam gerit ut res in suo esse conseruetur. Alius autem ut ad ultiozem perfectionem perueniat ut in ipsa nauis. Unde gubernationis nomen assumitur in auro apparet. Faber autem lignarius curam habet restaurandi. si quid fuerit conlapsum in nauis. sed nauis sollicitudinem gerit nauem perducatur ad portum. Sic etiam contingit in homine nam medicus curam gerit. ut uita hominis conseruetur. prouidens ut suppetant necessaria uite. Doctor uero curam gerit

vt veritatem cognoscat. Institutoz autem mozum. vt scdm
rationem viuat. Qd si homo non ordinaretur ad aliquod exte
rius bonum sufficiēter esset homini cure pcedē sollicitudo
indita. Sed est quoddam bonum extraneum homini scdm
quod moraliter viuūt. sed vltima beatitudo que infruitione
dei tpectatur post mortem. quia vt apostolus dicit. Quam
diu sumus in cozpoze pegrinamur a domino. vnde hoc cristi
anus cui beatitudo etiā illa per cristi sanguinē est acquisita
et qui pro ea exequenda gratiam spiritus sancti accepit in
diget alia spiritali cura per quam dirigatur ad portum sa
lutis eterne. hec autem cura per ministros ecclesie cristi fide
libus exhibetur. Idem autem oportet esse iudicium de fine
totius multitudinis vt vnus. Si igitur finis vltimus ho
minis esset bonum quodcumque in ipso existens et regente
multitudinis vltimus finis vt tale bonum multitudo acqui
reret et in eo permeneret. et siquidem vltimus siue vnus ho
mīs siue multitudis finis eē cozpalis vita et sanitas cozpis
medici esset officiū. Si vero vltim⁹ finis esset diuiciarū afflu
ētia yconon⁹ quidē rex multitudinis esset. Si vero bonum
virtutis cognoscendē tale quid esset ad qd possit multitudo p
tīgere. rex hrēt doctoris officiū. vidēt aut eē multitudis finis
vltim⁹ cōgregate viuere scdm virtutē. Ad hoc enī hoīes cō
gregāt. vt simul bene viuāt qd cōsequi nō posset vnusquisqz
singularitē viuēs bona aut vita ē que ē scdm virtutē virtuosa
igitē vita est finis congregationis humane. Hui⁹ aut signum
est. quia hī soli sunt partes multitudinis cōgregate que sibi
inuicem communicant et bene viuendo. Si enim propter so
lum viuere hoīes conuenirent animalia et cerui essent ali
qua ps ciuilis cōgregatiōis. Si vero propter acqredos diui
cias oēs simul negociātes ad vnā ciuitatē ptinerēt. nūc aut

videmus eos solos sub vna multitudine computari qui sub
eisdem legibus et eodem regimine diriguntur ad bene viuen-
dum. sed quia homo viuendo scdm virtutem ad alteriorem
finem ordinatur qui consistit in fruitione diuina vt supra iā
diximus. oportet autem eundem finem esse multitudinis hu-
mane qui est hominis vnus. si est vltimus finis multitudi-
nis congregate viuere scdm virtutem et per virtuosam vitā
peruenire ad fruicionem diuinam. Siquidem ad hunc finem
peruenire posset virtute humane nature necesse esset vt ad
officiū regis pertineret dirigere homines i hunc finem. Hic
enim regem dici supponimus. cui summa regiminis in rebus
humanis committitur. Tanto autem est regimen sublimius
quanto ad finem altiozem ordinatur. Semper enim inuenit
ille ad quem pertinet vltimus finis. imperare operantibus
ea que in finem vltimum ordinantur. sicut gubernator ad
quem pertinet gubernationem disponere. imperat ei qui na-
uem constituit. qualem nauem nauigationi aptam facere de-
beat. Ciuilis qui debet vti armis imperat fabro qualia fa-
bricet arma. Sed quia finem fruicionis diuine non cōsequi-
tur homo per virtutem humanam. sed virtute diuina. scdm
illud apostoli. Gracia dei vita eterna perducere ad illum vl-
timum finem non est regiminis humani sed diuini. Ad illum
igitur regem. huiusmodi regimen pertinet. qui nō est solum
homo. sed etiam deus. s. ad dominum ihesum cristum qui ho-
mines filios dei fatiens in celestem gloziam itroductus. Hoc
igitur est in regimen traditum q̄ non corrumpetur. propter
quod non solum sacerdos sed rex in scripturis sacris nomina-
tur. Jeremia dicente. Regnabit rex et sapiens. vnde ab eo re-
gale sacerdotium diriuatur. et quod est apud omnes iusti fi-
deles in q̄tum sunt membra cristi eius reges et sacerdotes

dicuntur. Huiusmodi igitur regni ministerium ut a terrenis
spiritualia essent discreta non terrenis regibus sed sacerdo-
tibus est commissum. et precipue summo sacerdoti successori
petri cristi vicario romano pontifici. cui omnes cristianos re-
ges oportet esse subiectos. sicut ipsi domino ihesu cristo. Si-
cut enim ut dictum est ei ad quem ultimi finis pertinet di-
rectio. subdi debent illi ad quos pertinet cura antecedentium
finium et eius imperio dirigi. Quia igitur sacerdotium gen-
tium. et totus diuinorum cultus erat propter temporalia bona
conquirenda. que omnia ordinantur ad multitudinis bonum
commune cuius regitura incumbit. Conuenienter sacerdotes
gentilium regibus subdebantur. sed etiam in veteri lege pro-
mittebantur bona terrena. non a demonibus sed a bono deo.
religioso populo exhibenda. unde et in veteri lege sacerdotes
leguntur regibus fuisse subiectos. sed in noua est sacerdotium
aliquid per quod homines traducuntur ad bona celestia. Unde in
lege cristi reges debent sacerdotibus esse subiecti. unde mira-
biliter ex diuina prouidentia factum est ut in romana vrbe
quod deus prouiderat cristiani sacerdotum principalem sedem futu-
ram. Hic mos paulatim inoleceret. ut ciuitatis rectores sa-
cerdotibus subderentur. sic enim maximus valerius refert.
Omnia post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit
et in quibus summe maiestatis decus conspici voluit. qua pro-
pter non dubitauerunt sacris imperia seruire. ita se humanarum
rerum habitura regimem estimantia. scilicet prouidentie diuine. bene
atque prudenter constanterque fuisset famulata. Quia etiam fu-
turum erat ut in gallia cristiani sacerdotum plurimum vigeret
religio. diuinitus est prouisum ut etiam apud gallos gentiles
sacerdotes quos diuites nominabant totius indifferenter ut
refert iulius cesar in libro quem de bello galli scripsit. Ca. xvi.

Sicut autem ad vitam quā in celo speramus beatam ordinatur sicut ad finem vita qua hic homines bene uiuunt ad beatam multitudinis vitam ordinatur sicut ad finē. Quaecumq; particularia bona per homines procurantur. siue diuicie. siue lucra. siue sanitas. siue facundia uel eruditio. Si igitur ut dictum est qui de ultimo fine curam habet p̄esse debet hīs qui curam habent ordinatis ad finem. et res dirigere suo imperio. Nam ex dictis fit q̄ rex sicut diuino regi mini administratur per sacerdotium officium subdī debet. ita p̄esse de omnibus humanis officijs. et ea imperio sui regiminis ordinare. Cuiusq; autem incumbit aliquid perficere q̄ ordinatur in aliud sicut ī finem. Hoc debet attendere ut suum opus congruum sit fini. sicut faber qui facit gladium ut pugne conueniat. et sicut edificator debet domum disponere ut ad inhabitandum sit apta. Quia igitur vita qua in presenti uiuimus bene. finis est habitudo celestis. Ad regis officium pertinet. ea ratione bonam vitam multitudinis procurare sc̄m quod conuenit ad celestem beatitudinem cōquirendam. ut. s. ea precipiat que ad celestem beatitudinē ducunt. et eorum cōtraria sc̄m q̄ fuerit possibile interdicit. Que autem ad veram beatitudinem via. et que sicut impedi-
menta ipsius ex lege diuina cognoscitur. cuius doctrina pertinet ad sacerdotium officium sc̄m malachiam. Labia sacerdotum custodiunt scientiam. et legem requirunt ex ore ipsorum et ideo in deutronomio dominus p̄cepit. Postq̄ sederit rex in solio regni sui Describitur similiter deutronomium legis huius in volumine accipiens exempla a sacerdotibus leuitice tribus. et habebit secum legem. quia illud omnibus diebus vite sue ut discat timere dominum deum suum. et custodire uerba et cerimonias eius qui in lege p̄cepta sunt. Per legē

igitur diuinam edoctus ad hoc precipuum studium oportet intendere qualiter multitudo sibi subdita bene uiuat quod studium in tria diuiditur. vt primo quidem in subiecta multitudo bonam vitam instituit. Secundo vero vt institutam cōseruet. Tercio vt conseruatam ad meliora promoueat. Ad bonam autem hominis vnus vitam requiruntur duo. vnde principale quidem est operatio scdm virtutem. virtus enim ē in qua bene viuitur. Aliud vero scđarium et quasi instrumentale corporalium bonoz sufficientia. quoz vsus necessarius est ad actum virtutis. Ipsa tamen hominis vnitas per naturam causatur. Multitudinis autem vnitas que pax dicitur per regentis industria est procuranda. Sicut igitur ad bonā vitam multitudinis instruendam tria exigunt. Primo quidē vt multitudo in vinculo pacis constituat. Secundo vt multitudo vinculo pacis vnita dirigatur ad bene agendum. Sicut enim homo nichil potest bene agere nisi presupposita suaz partiū vnitate ita hoīm multitudo pacis vnitate carens dū seipsam ipugnat ipedit a bene agēdo. Tercio vero requiritur vt per regentis industriam necessarioz ad bene viuēdū assit sufficiens copia. Sic igit vita per regis officiū in multitudo constituta consequens est vt eius conseruationi intēdat. Sunt igitur tria quibus bonū publicum pmanere non sinitur. quoz vnum est ante proueniens. Non enī bonū multitudinis ad vnum tm̄ tempus institui debet. sed vt sit quodā modo perpetuum. hoīes cum sint mortales imppetuū durare non possunt. nec dum viuunt. sunt semp in eodem vigoze. qz multis variationibus vita humana subditur. nec sunt hoīes ad humana officia peragenda equaliter p totam vitam ydonei. ad impedimentum boni publici conseruandī ad interiora proueniēs in pueritate voluntatum cōsistit. duri vel desides

ad ea peragenda que requirit res publica. vel insuper sunt multitudinis noxia. Dum transgrediendo iusticiam aliorum pacem deturbant. Tercium impedimentum timendū rei publice conseruande causatur ab exteriori. dum per incursum hostium pax dissoluitur. et interdum regnum aut ciuitas funditus dissipatur. Igitur contra tria predicta triplex cura imminet regi. Primo quidem est successioni hominum institutio illoꝝ qui diuersis officijs pꝛesint. vt sicut per diuinū regimē in rebus corruptibilibus. quia semper ea durare non possunt per vsum vel per generationem alia in locum aliorum succedunt. vt vniuersalis sit integritas conseruetur vniuersi. ita per regis studium conseruetur subiecte multitudinis bonū. dum sollicite curat qualiter alij in deficientium locum succedant. Secundo autem in suis legibus et pꝛceptis. pēnis et pꝛemijs homines sibi subditos ab iniquitate coherceat ad opera virtuosa iducat. Exemplum a deo accipiens hominibꝫ legem dedit. obseruantibus quidem mercedem. transgredientibus vero penam tribuens. Tercio vero imminet regi cura. vt multitudo sibi subiecta contra hostes tuta reddat. Nichil eī pꝛouideret interiora picula vitare. si ab exterioribꝫ defendi non posset. Sic enim bonum multitudinis institutione regis conseruatur. Tercium restat ad regis officium pertinens. vt sit pꝛomotione sollicitus qꝯ dum fit in singulis que pꝛemissa sunt. siquidē iordinatū eēt corrigere. siquidem esset defectiuū supplere. siquidem melius potest fieri studeat perficere. vnde et apostolus fideles monet vt semper emulentur karismata meliora. Hec igitur sunt que ad regis officium pertinent. de quibꝫ per singula diligentius tractare oportet. Ca. xvij.

Primum igitur oportet incipere exponere regis officiū ab institutione ciuitatis aut regni. Nam sicut vigecid

dicunt potentissime nationes et principes commendari nullam
maiores gloriam putauerunt. aut fundare ciuitates. aut ab
alijs conditas in nomen suum sub quadam amplificatione trans-
ferre. quod quidem documentis sacre scripture concordat. Dicit
enim sapiens in ecclesiastico quod edificatio ciuitatis conseruet
nomen. hodie namque nomen romuli nesciretur nisi quia con-
didit romam. Institutione autem ciuitatis vel regni si copia
detur. Primo quidem est regio elegenda quam temperatam oportet
esse. Ex regionis enim temperie habitatores commoda con-
sequuntur. Primo namque consequuntur homines ex temperie regionis im-
mortalitatem et longitudinem vite. Cum enim sanitas in quadam temperie
humanorum consistit. in loco temperato conseruabitur sanitas. Si-
mile namque suo simili conseruat. Si vero fuerit excessus ca-
loris vel frigoris necesse est quod secundum qualitatem aeris communis
qualitas mutetur. unde quadam industria vel alia animalia quodam
tempore frigido ad calida loca se transferunt rursus tempore calido lo-
ca frigida repetentia. ut ex contraria dispositione loci et temporis
temperie consequantur. Rursus cum uiuat animal per calidum et
humidum. si fuerit calor integer cito naturale humidum desiccatur
et sic vita sicut lucerna cito extinguitur sed humor infusus per
ignis magnitudinem consumatur. unde in quibusdam calidis ethi-
opum regionibus homines ultra. xxx. annos uiuere non prohibentur. In
regionibus vero frigidissimis in excessu. naturale humidum de-
facili congelatur. et calor naturalis cito extinguitur. Deinde ad
oportunitates bellorum quibus tuta redditur humana societas re-
gionis temperies plurimum ualet. Nam sicut vigecius refert. Omnes
nationes que vicine sunt soli nimio calore siccitate sunt. am-
plius quidem sapere. sed minus sanguinem habere dicuntur ac
propterea constantiam atque fiduciam de propinquo pugnandi non
habent quia metuunt vulnera qui modicum sanguinem habere se nouerunt

Ecōtra septentrionales populi remoti a solis ardozib⁹ in cō
sultozes quidē. sed cū largo sanguinē reddentes sunt ad bel
la pzoḗtissimi. hñs qui in tēperatozib⁹ habitant plagis et co
pia sanguinis suppetit ad vulnez mortisqz contēptū. nec pzu
dentia deficit que modestiam seruat in castris et non parum
prodet in dimicatione vti consilijs. Deinde tēperata regio ad
politicā vitam non modicum valet. vt enī aristoteles in sua
politica ait. Que in frigidis locis habitāt gētes sunt quidē
plene aīositate itellectuqz arte magis deficientes propter qđ
libere pseuerāt magis. non viuūt politice. et vicinis propter
īpudentiā picipare non possunt. Que aut in calidis locis
sunt intellectuue sunt et artificiose scđm aīmam sine aīositate
propter qđ subiecte quidē sibi cōseruientes perseuerāt. Que
aut in medijs locis habitant et aīositatē et itellectum hñt
propter quod et liberi perseuerant et maxime politice viuūt
et sciunt alijs pncipari. Est igitur eligenda regio tpata ad
institutionem ciuitatis aut regni. Capitulum. xvij.

Post temperiem regionis oportet ciuitati construende
pdoneū locum eligere. In quo primū videt̄ aeris salu
bzitas requirenda. Conseruationi namqz ciuili placet natu
ralis vita. que per salubzitatē aeris conseruat̄ illesa. Loc⁹ aut
saluberrimus est. vt victorinus dicit excelsus nō nebulosus
nō pzumosus regionesqz celi spectās. nec estuosus nec frigid⁹
deinde paludib⁹ non vicin⁹. Eminentia quidē loci solet ad
aeris salubzitatē conferre. qz locus eminens ventoz flatib⁹
patet. quibus redditur aer pur⁹ vapozez etiam qui virtute
radij solaris resoluunt̄ a terra et aquis multiplicant̄ magis
in conuallibus et locis dimissis q̄ in altis. Dñ in locis altis
aer subtilis inuenitur. huiusmōi aut subtilitas aeris que ad
liberā et scđm curā respirationē plurimum valet ipedit̄ per

nebulas et prumas q̄ solēt ī locis humidis multū habū dare
vñ loca hui⁹mōi salubritati iueniunt̄ esse cōtraria. et qz loca
paludiosa nimia hūiditate habūdāt. oportet vrbī locū con
struēde a paludib⁹ eē remotū. Cū. n. aure matutine sole oriēte
ad ip̄m locū pueniūt. et eis orze a paludib⁹ nebule adiūgun̄t
flat⁹ bestinaz paludinaz venenataz cū nebula mixti pūgēt
et locum facient pestilentē. Si tñ menia cōstruēta fuerunt in
paludib⁹ qui fuerūt iuxta mare. spectātqz ad septentrionē vel
que circa ea paludes excelliores habuerint q̄ litus marinū
rationabiliter vidēbunt̄ eē construēta. Fossis enī ductis exit⁹
aque patebit ad litus. et mare tēpestatib⁹ audū in paludes
redūdādo. nō pacient̄ aīalia palustria nasci. et si aliq̄ aīalia
de supiorib⁹ locis aduenerint in consueta sasse. sine occidunt̄.
Oportet etiā locū vrbī destinātū scdm calorē et frig⁹ tpate
dispōi scdm aspectū ad plagas celi diuersas. Si enim menia
maxie prope mare cōstituta. spectabunt ad meridiē. nō erunt
salubria. Nā hui⁹mōi loca mane erūt frigida. qz nō respiciūt
a sole. Meridie vero erūt feruētia propter solis aspectū. que
aut ad occidentē spectāt. orzo sole tepescūt. vel etiā frigēt me
ridie calēt. vespere feruēt propt̄ caloris cōtinuitatē. et solis
aspc̄m. Si vero ad origētē spectabūt meīa. mane quidē propt̄
solis oppōez directā tpate calescūt. nec multū ī meridie calor
augebit̄ sole nō dircē spectāte ad locū vespere vero radijs solis
auerfis loca frigescūt. Eadē etiā similis tpies erit. si ad aqui
lonē loc⁹ vrbis respiciat. Expimēto. n. cognoscere possim⁹ qz
ī maiorē calorē min⁹ salubrit̄ aliquis trāsmutat̄. Que enī a
frigidiorib⁹ corpa traducūt̄ ī calidis nō pnt durare. sed disso
luūt̄. vñ et in salubrib⁹ locis corpa estate ifirma reddūtur.

Liber sancti thome de aquino ordīs fratrum p̄dicatoꝝ.
De rege et regno. ad regem cypri. Explicit feliciter.